ciam. iter et actus voluntates nostras
et omnium famulorum tuorum in sa-
lutis tue prosperitate dispone. bene-
factoribus nostris sempiterna bona
retribue. et omnibus fidelibus de-
functis requiem eternam concede.
Per dominum nostrum ihesum xpistum
filium tuum qui tecum vivit et
regnat deus. Per omnia secula seculorum.
Domine exaudi orationem meam. Et
clamor meus ad te veniat. Be-
nedicamus domino. Deo gratias.

A vespres.



Eus in adiuto
rium meum ĩte
de. Dñe ad adiu
uandum me -
festina. Gloria
patri. Sicut erat
Anthienne - ¶ Dum esset. Es ad
ues Missus Aps noel. O admirab'
Dixit dominus dño Psal'
meo sede a dextris meis
Donec ponam inimicos tu
os scabellum pedum tuorum. Vir
gam uirtutis tue emittet dñs
ex syon dominare ĩ medio ini
micorum tuorum. Tecum principi
ũ in die uirtutis tue ĩ splendori
bus sanctorum ex utero ante
luciferum genui te. Iurauit
dñs et non penitebit eum tu es

sacerdos ieternũ secundũ ordinẽ
melchisedech. Dominus a dex
tris tuis confregit in die ire sue
reges. Iudicabit in nationibꝫ
implebit ruinas conquassabit
capita in terra multorũ. De
torrente in via bibet propterea
exaltabit caput. Gloria patri
Antienne. Dum esset rex ĩ accubi
tu suo nardus mea dedit odorẽ sua
vitatis. Añt. Leua eius. Es adues
Aue maria. Aps noel. Quado. ps.
Laudate pueri dominum
laudate nomen dñi. Sit
nomen dñi benedictum ex hoc
nunc et usqꝫ in seclm. A solis
ortu usqꝫ ad occasum laudabi
le nomen dñi. Excelsus sup
omnes gentes dñs et sup celos

gloria eius Quis sicut domin⁹
deus noster qui in altis habitat
et humilia respicit in celo et in
terra Suscitans a terra inopē
et de stercore erigens pauperem
Ut collocet eum cum principi
bus cum principibus ppli sui.
Qui habitare facit sterilē ī do
mo matrē filiorū letātē Gl'a pa
Ant. Leua eius sub capite meo. et
dextera illius amplexabitur me Añ
Nigra sū. Es aduē. Ne timeas.
Aps noel a. Rubum. Psalme.
Letatus sum in his que
dicta sunt michi ī domū
dñi ibimus Stantes erant
pedes nr̄i in atriis tuis ihrlm.
Ihrlm que edificatur ut ci
uitas cuius pticipatio eius in

idipm Illuc eni ascenderunt
tribus tribus domini testimo
niū israel ad confitendum nōi
dñi Quia illic sederunt sedes
in iudicio sedes super domū david
Rogate q̄ ad pacem sūt ih'lm
et habundātia diligentibus te.
Fiat pax in virtute tua et ha
bundantia in turribȝ tuis Prop
ter fratres meos et proximos me
os loquebar pacem de te Propter
domum domini dei nrī q̄siui bo
na tibi Gloria pri. Antienne.
Nigra sum sed formosa filia ih'lm
ideo dilexit me rex et introduxit me ī
cubiculū suū. Añt Iam. Es aduēs.
Dabit ei. Aps noel. Germinauit ps.
Nisi dominus edificauerit
domum in vanum labora

uerũt qui edificãt eã Nisi doꝰ
custodierit ciuitatem frustra ui
gilat qui custodit eã Vanum ẽ
uobis ante lucem surgere surgi
te postq̃ sederitis qui manduca
tis panem doloris Cũ dederit
dilectis suis sompnũ ecce heredi
tas dñi filii merces fructus uẽtris
Sicut sagitte in manu poten
tis ita filii excussorum Beatus
uir qui impleuit desideriũ suũ
ex ipsis non confundetur cum
loquetur inimicis suis ĩ porta Glã
Antiene Iam hyemps trãsiit ymber
abiit et recessit surge amica mea et
ueni Ant Speciosa facta Antiene
Ecce ancilla Antien Ecce maria ps
Lauda ierl'm dñm lauda
deũ tuum syon Quoniã

cõfortauit ſeras portarũ tuarũ
benedixit filijs tuis in te Qui
poſuit fines tuos pacem et adi
pe frumenti ſaciat te Qui e
mittit eloquium ſuũ terre ve
lociter currit ſermo eius Qui
dat niuem ſicut lanã nebulã
ſicut cinerem ſpargit Mittit
criſtallum ſuũ ſicut buccellas
ante faciem frigoris eius quis
ſuſtinebit Et mittet verbum
ſuũ et liquefaciet ea flauit ſps
eius et fluent aque Qui an
nũciat verbum ſuũ iacob iuſ
ticias et iudicia ſua iſrael Nõ
fecit taliter omni nationi et
iudicia ſua nõ manifeſtauit
eis Gloria Antiēne Speciosa
facta es et ſuauis in delicijs tuis ſca

dei genitrix. Hympne.

Aue maris stella dei mat'
alma atq semp uirgo
felix celi porta. Sumens illud
aue gabrielis ore funda nos in
pace mutans nomen eue. Sol
ue uincla reis profer lumen ce
cis mala nostra pelle bona cuncta
posce. Monstra te esse matrem
sumat per te preces qui pro nobis
natus tulit esse tuus. Virgo
singularis inter omnes mitis
nos culpis solutos mites fac et
castos. Vitam presta puram iter
para tutum ut uidentes ihesum
semper colletemur. Sit laus de
o patri summo xpo decus spiritui sancto
Ab Trinus honor unus. Amen
initio et ante secula. Cap.

creata ſum et uſq; ad futurum
ſeculum non deſinam. et ĩ ha
bitatione ſancta coram ipſo
miniſtraui. Deo gras. Vſet.
Diffuſa eſt gra in labiis tuis. Prop
terea benedixit te deus ĩ eternũ. Ps
Magnificat A. Beata mat.
anima mea dnm Et ex
ultauit ſpũs meus in deo ſalu
tari meo Quia reſpexit hu
militatẽ ancille ſue ecce eñ ex
hoc beatã me dicent omnes ge
nerationes Quia fecit michi
magna qui potens eſt et ſctm
nomen eius Et mĩa eius a
progenie in progenies timẽtibz
eũ Fecit potentiã in brachio
ſuo diſperſit ſupbos mente cor
dis ſui Depoſuit potentes de

sede et exaltauit humiles E su
rientes impleuit bonis et diui
tes dimisit inanes S uscepit
israel puerum suum recordat᷒
mīe sue S icut locutus est ad
patres nr̄os abrahā et semini
eius in secula G lia patri. An̄
Beata mater et innupta uirgo glori
osa regina mundi intercede pro no
bis ad dn̄m. Kyriel. Xp̄el. Kyriel.
Pater nr̄. Et ne nos inducas ī tēpt
Sed libera nos a malo. Dn̄e exau
di orōnē meā. Et clamor. Orem᷒
C oncede nos famulos Orō
tuos q̄sumus dn̄e deus
perpetua mentis et corporis sa
lute gaudere. et gloriosa beate
marie semper uirginis intercef
sione. a presenti liberari tristi

cia et eterna perfrui leticia. Per
xpm dnm nostrum. Amen.
De tous les Saints antienne.
Sancti dei omnes et sancte intercedite
pro nra omniuz salute. Vset. letami
ni in dno et exultate iusti. Et gloriamini
omnis recti corde. Oremus. Oro.
Protege qsumus domine
populum tuum et apsto
torum petri et pauli et aliorū
apstorum patrocinia cōfidentes
ꝑpetua defensione conserva. Oro.
Omnes sancti tui qsumus
dne nos ubiqz letificet. ut
dum eorum merita recolimus.
patrocinia sentiamus. et pacem
tuā nris concede temporibus. et
ab eccla tua cunctā repelle neq
tiā. iter et actus et volūtates. et

oium famulorum tuorũ in sa-
lutis tue prosperitate dispone.
benefactoribz nostris sempiterna
bona retribue. et omibz fidelibus
defunctis requiem eternã concede.
Per dñm nrm ihm xpm filium
tuũ. qui tecum viuit et regnat
deus. Per omnia secula seculorum.
Amen. Dñe exaudi orõnẽ meã.
Et clamor meus ad te veniat.
Benedicamus dño. Deo gratias.



Ad Complet.
Conuerte nos deus
salutaris noster.
Et auerte irã tuã
a nobis. Deus
in adiutorium meũ intende.
Dñe ad adiuuandum me festina
Gloria patri Ant Sicut lilium

Sepe expugnauerunt me a
iuuentute mea dicat nc
iſrael Sepe expugnauerunt
me a iuuentute mea etenim
non potuerunt michi Supra
dorſum meum fabricauerunt
peccatores prolongauerunt ini
quitatem ſuã Dñs iuſtus con
cidet ceruices peccatorũ cõfundã
tur et conuertantur retrorſum
oms qui oderunt ſyon Fiant
ſicut fenum tectorum qd prius
q̃ euellatur exaruit De quo
non impleuit manũ ſuã qui
metet et ſinum ſuũ qui ma
nipulos colliget Et nõ dixe
runt qui preteribant benedic
tio dñi ſuper vos benediximus
vobis in nõie dñi Gloria pri.

De profundis clamaui ad
te domine dñe dñe exau
di vocem meam Fiãt aures
tue intendentes in vocem dep
cationis mee Si iniquitates
obseruaueris dñe dñe quis sus
tinebit Quia apud te propi
ciatio est et propter legem tuã
sustinui te dñe Sustinuit a
nima mea in verbo eius spera
uit anima mea in dño A
custodia matutina usqꝫ ad noc
tem speret israel in dño Qꝛ
apud dñm mīa et copiosa a
pud eum redemptio Et ipse
redimet israel ex omnibꝫ ini
quitatibꝫ eius Gl'a. Psalmus
Domine non ē exaltatū
cor meum neqꝫ elati sūt.

oculi mei Neq; ambulaui in
magnis neq; in mirabilibus
ſuper me Si nō humiliter
ſentiebam ſed exaltaui animā
meā Sicut ablactatus ē ſup
matre ſua ita retributio ī aīa
mea Speret iſrael in dn̄o ex
hoc nūc et uſq; in ſclm̄ Gla
Antiēne Sicut liliū inter ſpinas ſic
amica mea inter filias. Hympne.
Memento ſalutis auctor
qd̄ nr̄i quōdā corporis ex
illibata uirgine naſcendo for
mā ſumpſeris Maria mater
gratie mater mīe tu nos ab hoſ
te protege et hora mortis ſuſcipe
Gla tibi dn̄e qui natus es de
uirgine cum pr̄e et ſancto ſpū
ī ſempiterna ſecula. Amen.

Ego mater pulcre Capitel-
dilectionis et timoris et
magnitudinis et sancte spei.
Deo grãs. Vset. Ora pro nobis scã
dei genitrix. Vt digni efficiamur
promissione xpisti. Añt Sub tuã
Es adiues Sps scts. Aps noel. Magnũ.
Nunc dimittis seruũ tuũ
dñe secundũ uerbũ tuũ
in pace. Quia viderunt oculi
mei salutare tuũ. Quod para
sti ante faciem oĩm populorum
Lumen ad reuelationẽ gen
tiũ et gloriã plebis tue israel. Glã
Antienne. Sub tuũ p̃sidiũ cõfugim⁹
scã dei genitrix nr̃as depcationes ne
despicias i necessitatibz sed a piculis
cũctis libera nos semp virgo glo̾sa
benedicta. Kyriel. Xpel. Kyriel. Pr̃ nr̃.

Et ne nos iducas i teptatione. Sed libera nos a malo. Dñe exaudi orone meã. Et clamor. Oremus

Beate et gloriose oriſon.

& semper gῃ virginis marie qsumus dñe intercessio gloriosa nos protegat. et ad vitã perducat eternam. Per xpm.

De tous les Sains. Antienne.

Scti dei oms et sancte intercedite pro nra omnīqz salute Verset.

Letamini in dño et exultate iusti. Et glamini oēs recti corde. Oremus.

Exaudi nos deus salutaris noster. et apsorũ tuorũ petri et pauli et aliorũ apsor nos tuere presidiis. quorum donasti fideles esse doctrinis.

Omnes sancti tui quesum⁹

dn̄e nos ubiq; letificet ut dum
eorum merita recolimus patro
cinia sentiamus. et pacem tuā
nr̄is concede temporibȝ. et ab ec
clesia tua cunctā repelle nequi
ciā. iter et actus et uoluntates
nr̄as et oīm famulorum tuor
ī salutis tue prosperitate dispo
ne. benefactoribȝ nostris sempi
terna bona retribuas. et ōnibȝ
fidelibȝ defunctis requiē eternā
concede. P dnm̄ nr̄m ihm̄ xp̄m
filiū tuum. Qui tecū uiuit ȝ
regnat deus. P oīa secula seclor
Amen. Dn̄e exaudi orōnē me
am. Et clamor meus ad te ueiat.
Benedicamus dn̄o. Deo gr̄as.
Requiescant ī pace. Amen.
A. M. E. N.

Senſieut lordonnance de dire les heures es aduens · A veſpres ſur les pſalmes · Anthienne ·

Miſſus eſt gabriel angelus ad mariā uirginē deſponſatā ioſeph · Ps · Dixit · Añt · Aue maria grā plena dñs tecū benedicta tu ī mulieribz alla · Ps · Laudate pueri dñm · Añt · Ne timeas maria inueniſti enī grām apud dñm ecce cōcipies et paries filiū alla · Ps · Niſi d̄ edificauerit · Añ · Dabit ei dñs ſedē dauid pr̄is eius et regnabit ī eternū · Ps · Lauda ihrlm dñm · A · Ecce ācilla dñi fiat michi ſcdm̄ uerbū tuū · Hy · Aue maris ſtella · q̄res deuāt a mat · ūredāme ·

Egredietur uirga · Capitel · de radice ieſſe et flos de radi

ce eius aſcendet et requieſcet ſup
eum ſpūs dni. Deo grãs Vſet
Diffuſa ē grã ī labijs tuis. Propte
rea benedixit te deus ī etnū. Ad mt
Antien Spūs ſanctus ī te deſcen
det mā ne timeas habens ī vtero fi
liū dei alla. Coll.

Deus qui de beate marie vir
ginis vtero uerbū tuum
angelo nūtiante carnem ſuſ
cipere uoluiſti. preſta ſupplicibz
tuis. ut qui vere eam genitricē
credimus. eius apud te īterceſſi
onibz adiuuemur. P eūd xpm
Cōmemoratiō de to les saīs es aduēs
Ecce dn̄s ueniet et omnes sci ei9
cū eo et erit in die illa lux magna
alla Vſet. Ecce apparebit dn̄s ſup
nubē cādidā. Et cū eo ſcorū milia.

Conſcientias noſtras q̃ſu᷒ dñe uiſitando purifica vt veniens ihũs xpũs filius tuus dñs nr̃ cum õibus ſanctis pa ratam ſibi in nobis ĩueniat manſionem. Qui tecum uiuit

A Matines nr̃edame es aduentz.

Domine labia mea aperi es. Et os meũ anuntiabit laudem tuam Deus ĩ adiu torium meum intende. Domi ne ad adiuuandum me feſtina G̃ľa prĩ Inuitat. Aue mña gr̃a plena. dñs tecum. ps venite. In Iº. pſ Dñe dñs nr̃ Añt Bñdicta tu pſ Celi enarrãt Añ. Sicut mirra pſ Dñi ẽ terra Añt Ante thorũ. Vſet Diffuſa ẽ gr̃a ĩ labijs tuis. c

Tout ainſi q̃ deuãt as heurez nr̃ed.

Missus est. Lecon premiere.
angelus gabriel a deo in ci
uitatem galilee cui nomen na
zareth ad uirginem desponsatam
uiro cui nomen erat ioseph de do
mo dauid et nomen uirginis
maria. Et ingressus angelus
ad eam dixit. Aue maria gratia
plena dominus tecum benedicta tu
in mulieribus. Tu autem domine
miserere nostri. R. Missus
est gabriel angelus ad mariam uirgi
nem desponsatam ioseph nuncians ei uer
bum et expauescat uirgo de lumine
ne timeas maria inuenisti enim gratiam
apud dominum. Ecce concipies et pari
es filium et uocabitur altissimi filius
Verset. Dabit ei dominus deus sedem
dauid patris eius et regnabit in domo

iacob ĩeternũ. Ecce concipies. l.ij.

Quod cum audiſſet turbata ẽ
in sermone eſt in sermone
eius. et cogitabat qualis eſſet iſ
ta salutatio. Et ait angelus ei.
Ne timeas maria: inuenisti e
nim grãm apud dñm. Ecce
concipies in utero et paries fili
ũ: et uocabis nomen eius ihm̃.
Hic erit magnus: et filius altiſſi
mi uocabitur. et dabit illi dñs
deus sedem dauid patris eius.
et regnabit in domo iacob ĩet
nũ. Et regni eius nõ erit finis
Tu autẽ dñe miserere nr̃i. ℟
Aue maria grã plena dñs tecum
benedicta tu ĩ mulieribꝫ. Spũs sc̃s
supueniet in te et uirtus altiſſimi
obumbrabit tibi. Quod enĩ ex te

nascetur sctm̄ vocabitur filius dei
Vset. Quomodo fiet istud qm̄
virum nō cognosco et respondēs
angelus dixit ei. Sps scts. lc iij.
Dixit autē maria ad āgelū.
Quomodo fiet istud qm̄
virum non cognosco. Et respō
dens angelus dixit. Spūs scts
supueniet in te et virtus altis
simi obumbrabit tibi. Ideoqꝫ
quod nascetur ex te sctm̄ vocabi
tur filius dei. et ecce elizabeth co
gnata tua et ipsa concepit fili
um ī senectute sua. Et hic men
sis est sextus illi q̄ vocatur steri
lis quia nō erit īpossibile apud
deum omne verbum. Dixit
autē maria. Ecce ancilla dn̄i.
Fiat michi scdm̄ verbū tuū. Tu aūt.

R. Suscepit uerbũ uirgo mari
a qđ tibi a dño p angelum transmis
sum est. Concipies et paries deũ pit'
et hominẽ. Ut benedicta dicaris inter
omnes mulieres Vset. Paries quidẽ
filiũ et uirginitatis nõ patieris detri
mentum. efficieris grauida et eris ma
ter semp intacta. Ut benedicta dicar'
Gloria pri. Ut benedicta dicaris.
Te deum. c. V. Post partum
uirgo inuiolata pmansisti. Dei genitrix.
Deus in adiu A laudes.
torium meũ intende dñe ad
adiuuandũ me festina Gla pri.
Ps. Dñs regnauit Ant. Missus
est angelus gabriel ad mariã uirgi
nẽ desponsatam ioseph. Ps. Jubilate
Ant. Aue maria gra plena dñs tecũ
benedicta tu in mulierib3. Ps

Deus deus meus Ant. Ne timeas
maria inuenisti enī grām apud do
minū ecce concipies et paries filiū.
Psal'. Benedicite Anᵃ Dabit ei
dñs sedem dauid p̄ris eius et regna
bit ieternū. Ps. Laudate dñm
de celis. Ant. Ecce ancilla dñi fi
at michi secūdū uerbū tuū. Hy.
O gloriosa domina. Vous trou
ueres toutz as heures nr̄edāme.
Egredietur uirga Capitel.
de radice iesse et flos de radi
ce eius ascendet. et requiescet
super eum spūs dñi. Deo grās.
Vset. Benedicta tu in mulieribus
et benedictus fructus uentris tui Ad be
ned. Ant. Spūs sanctus ī te descen
det maria ne timeas habens in utero fi
liū dei alla. Ps. Benedictus.

Deus qui de beate Collecte.
marie virginis utero ver
bū tuum angelo nuntiante
carnem suscipere voluisti. presta
supplicibz tuis: ut qui vere eam
genitricem dei credimus. eius
apud te intercessionibz adiuue
mur. Per eundē xpm dnm.
Comemoratio de tous les sais es ad
ues. Ant. Ecce dns veniet et omnes sa
cti eius cum eo et erit in die illa lux
magna alla. V. Ecce apparebit dns
super nubem candidā. Et cū eo scor
Conscien C milia. Ore
tias nostras qsumus dne
visitando purifica. ut veniens
ihus xpus filius tuus dominus
noster cum omnibz sanctis pa
ratā sibi i nobis inveniat masio

nem. Qui tecū uiuit et regt
deus. Per omnia scła scłorū. Amen.
Deus ī adiu A Prime-
torium meū intende dñe ad
adiuuandum me festina Gła
hympne Memento salutis auctor.
Ps Deus ī noīe Ps Benedi
xisti Ps Laudate dnm oēs gētes
Ant Missus est gabriel āgelus
ad mariā uirginē desponsatā ioseph.
Queres ces ps as heures nredñe.
Ecce uirgo cōcipiet Capitel
et pariet filium. et uocabi
tur nomen eius ēmanuel. bu
tirum et mel comedet ut sciat
reprobare malum et eligere bo
num. Deo grās. R Dignare
me laudare te uirgo sacrata V Da
michi uirtutē cōtra hostes tuos.

Collect. Deus qui de beate marie
virginis utero. Queres .i. fueillet
devant. A matines neced' ens adues.
Et dist on ceste Coll. A prime. Tierce.
Midi. None. Vespres. et Complie.
Aussi apres ceste Coll' dicte. on fait
memoire a chune heure devant de
tous les sains. p Antienne. et v.
Ecce dns veniet. v. Ecce apparebit
Coll'. Conscientias nostras.
Tournes .i. fueillet devant. Apres. De'
qui de beate. c. A Tierce.
Deus in adiutoriu meum
intende. Dne ad adiuvandu
me festina. Gloria. hympne.
Memento salutis auctor. Ma
ria mr gre. Gla t dne. Psalmes.
Ad dnm. Levavi. Letatus
Antienne. Ave maria gra plena do'

tecū. benedicta tu ī mulierib; Allā
Egredietur ¶ Capitel.
virga de radice iesse et
flos de radice eius ascendet et
requiescet super eum sp̄us dn̄i.
Deo grās. ℣. Diffusa est grā in
labiis tuis. Propterea benedixit te de⁹
ieternū. Collect. Deus qui de bt̄e.
marie. q̄res ꝛ foellet deuāt.
De tous les Sains. a̅. Ecce dn̄s
veniet. ℣. Ecce apparebit. Coll.
Conscientias nostras. q̄res om̄i
ꝛ foellet deuāt. ¶ A Midi.
Deus in adiutoriū meum
intende. Dn̄e ad adiuuā
dū me festina. Gloria. Hy⁹
Memento salutis Maria
mr grē Glā t̄ dn̄e. Psalme.
Ad te leuaui. ps. Nisi q̄z dn̄s ps. Cum

cōfidūt Ant Ne timeas maria ī
uenisti grām apud dnm ecce con
cipies et paries filiū. Alla. Cap.
Dabit ei dominus deus sedē
dauid patris eius. et regna
bit in domo iacob ī eternum
et regnū eius non erit finis.
V. Benedicta tu ī mulieribus
et benedictus fructus uentris tui.
Collecte Deus qui de beate
marie. q̄res deuāt. ij. foell.
De tous les sains. Antienne
Ecce dn̄s ueniet. Coll. Cōscien
tias nr̄as. q̄res ij. foell. deuant.
Deus in adiu A None.
toriū meum intende
Dn̄e ad adiuuād me festina.
Gloria. Hy2 Memento.
Maria mr grē Gl'a t' dn̄e.

Psal' In cõuertendo dñs. Nisi
dñs edificauerit domũ. Beati
om̃s . q̃res a none as heures nr̃e d' .
Añt Ecce ãcilla dñi fiat michi scđz
verbum tuũ . Capitel .

Ecce uirgo concipiet et pa
riet filium et vocabitur no
men eius emanuel: butirũ z
mel comedet. ut sciat reproba
re malum et eligere bonum .
Deo grãs . ℣ . Angelus dñi nũ
ciauit marie. Et cõcepit de spũ
sc̃o Collecte. Deus q̃ de beate
marie . De tous les sains Añt .
Ecce dñs veniet . Coll' Consci
entias nr̃as . Tournes .ij. foell' .
A vespres . ensi q̃ deuãt est dit .
Ecce . A cõplie Capitel .


Ecce concipiet uirgo et pariet

filiũ et vocabitur nomẽ eius
ẽmanuel : butirum et mel co
medet. ut sciat reprobare malũ
et eligere bonũ. Deo grãs. Vset
Angelus dñi nũciauit marie. Et
concepit de spũ scõ. A nũc d'.
Antienne. Spũs scs in te desce
det maria ne timeas habens ĩ vte
ro filiũ dei Allã. Collecte.
DEus qui de beate marie. q̃res
deuãt. De tous les sains. Añt.
Ecce dñs veniet ℣ Ecce apparebit
Collecte. COnsciencias nr̃as.
Du noel iusques a le Candeler dist
on ces Antiennes qui sensieuẽt.
Anthienne.
O admirabile cõmertiũ creator ge
neris humani animatũ corpus
sumens de virgine nasci dignat'.

ē et procedens sponso sine semine lar
gitus est nobis suā deitatē Ps·
Dixit· Antiph Quando natus
es ineffabiliter de uirgine tūc im
plete sunt scripture sicut pluuia ī
uellus descendisti ut saluū faceres
genus humanū te laudamus de⁹
noster Ps Laudate pueri d'· An·
Rubum quē uiderat moyses īco
bustum cōseruatā agnouimus
tuā laudabilem uirginitatē dei
genitrix intercede pro nobis · Ps
Letatus · Ant · Germinauit radix
iesse orta ē stella ex iacob uirgo pe
perit saluatorē te laudamus deus
noster Ps· Nisi dñs edificauerit
Ant· Ecce maria genuit nobis
saluatorē quē iohannes uidens ex
clamauit dicens ecce agnus dei ·

ete qui tollit peccata mūdi Alla.
Ad bn̄dictus. Aīit. Mirabile mis
teriū declaratur hodie inouantur
nature deus homo factus ē id qđ
fuit pmāsit et qđ nō erat assūpsit
nō cōmixtionem passus neqȝ di
uisionem. A Magt. et a Nūc
dimittis. Anthiēne. Magnum
hereditatis misteriū templum dei
factum ē vterus nesciens virum
non est pollutus ex ea carnem as
sumens ōnes gentes venient di
centes glā tibi dn̄e. Oremus
Deus qui salutis eterne bt̄e
marie uirginitate fecūda
humano generi premia presti
tisti. tribue q̄sumus. ut ipsam
pro nobis itercedere sentiamus
p quā meruimus auctorē uite

suscipere. dnm nrm ihm xpm. R.
Ceste orison deuāt dist on a
toutes heures du noel iusques a
le Candeller. Cōmemoratiō
De tous les Sains. Ant.
Sca dei omnes. Ainsi q̄ deuāt les
aduens. ¶ A vespres. et as laudes
Ant. O admirabile. Et les aul
tres ensieuāt. ¶ Ceste āthienne
ensyeuāt dist on de le pasque iusqz
a lascentiō. A benedictus et a mgt
et a Nunc dimittis. Antiēne.
Regina celi letare alla. quia
quem meruisti portare alla. Re
surrexit sicut dixit alla. Ora pro
nobis deum. alla.



Senſieut les vij. pſalmes de dauid



Domine ne in
furore tuo argu
as me neq3 ĩ ira
tua corripias me
Miſerere mei

domine quoniam infirmus sum sana
me domine quoniam conturbata sunt
ossa mea Et anima mea tur-
bata est valde sed tu domine usquequo.
Convertere domine et eripe ani-
mam meam salvum me fac
propter misericordiam tuam Quoniam non
est in morte qui memor sit tui
in inferno autem quis confitebi-
tur tibi Laboravi in gemitu
meo lavabo per singulas noctes
lectum meum lacrimis meis
stratum meum rigabo Tur-
batus est a furore oculus meus
inveteravi inter omnes inimicos
meos meos Discedite a me omnes
qui operamini iniquitatem
quoniam exaudivit dominus vocem fletus
mei Exaudivit dominus

deprecationem meã dñs orationẽ
meã suscepit Erubescant et
conturbentur vehementer omnes
inimici mei conuertãtur et e
rubescãt valde velociter. Psalmus

Beati quorũ remisse sunt
iniquitates et quorum
tecta sunt peccata Beatus
uir cui non imputauit dñs
peccatum nec est in spiritu eius
dolus Quõ tacui inueterauer
ũt ossa mea dum clamarẽ to
ta die Quõ die ac nocte graua
ta est sup me manus tua conuer
sus sum in erumpna mea dũ
configitur spina Delictum
meum cognitum tibi feci et in
iusticiam meam nõ abscondi
Dixi confitebor aduersũ me

ĩ iuſticiã meã dño et tu remiſiſti ĩ
pietatẽ peccati mei P ro hac o
rabit ad te omnis ſanctus ĩ tem
pore oportuno V erumptamen
in diluuio aquarum multar
ad eũ nõ approximabũt T u es
refugiũ meũ a tribulatione q
circumdedit me exultatio mea e
rue me a circumdantibz me I n
tellectum tibi dabo et inſtruam
te in via hac qua gradieris fir
mabo ſuper te oculos meos N o
lite fieri ſicut equus et mulus
quibz non eſt intellectus I n
camo et freno maxillas eorũ
conſtringe qui nõ approximãt
ad te M ulta flagella peccatoris
ſperantem autẽ in dño mia cir
cumdabit L etamini ĩ dño et

exultate iusti et gloriamini
omnes recti corde. Psalmus
Domine ne in furore tuo
arguas me neqz in ira tu
a corripias me. Qm̄ sagitte tu
e infixe sunt michi et cōfirma
sti super me manum tuā. Nō
est sanitas in carne mea a facie
ire tue non est pax ossibz meis
a facie pctorum meorū. Qm̄
iniquitates mee supergresse sūt
caput meum et sicut onus gra
ue grauate sunt sup me. Pu
truerunt et corrupte sūt cicatri
ces mee a facie insipientie mee
Miser factus sum et curuat⁹
sum usqz in finem tota die cō
tristatus īgrediebar. Qm̄ lūbi
mei impleti sunt illusionibus

et non eſt ſanitas in carne me
a Afflictus ſum et humilia
tus ſum nimis rugiebā a gemi
tu cordis mei Domine ante
te omne deſideriū meum et ge
mitus meus a te nō eſt abſcon
ditus Cor meum cōturbatū
eſt dereliquit me virtus mea et
lumen oculorum meorū et ipz
non eſt mecum Amici mei
et proximi mei adverſū me ap
propinquaverunt et ſteterunt
Et qui iuxta me erant delon
ge ſteterūt et vim faciebāt qui
querebāt animā meā Et qui
inquirebant mala michi locu
ti ſunt vanitates et dolos tota
die meditabantur Ego autē
tanq̄ ſurdus non audiebam et

sicut mutus nō aperiens os suū
Et factus sum sicut homo nō
audiens et nō habens in ore suo
redargutiones Qm̄ i te domi
ne speraui tu exaudies me dn̄e
deus meus Quia dixi nequā
do supergaudeant michi inimici
mei et dū commouentur pedes me
i super me magna locuti sunt
Qm̄ ego i flagella paratus
sum et dolor meus ī conspectu me
o semp Qm̄ iniquitatē meam
annūtiabo et cogitabo pro peccato
meo Inimici autem mei vi
uūt et cōfirmati sunt super me
et multiplicati sūt qui oderunt
me inique Qui retribuunt
mala pro bonis detrahebāt michi
qm̄ sequebar bonitatē Ne dere

linquas me domine deus meus
ne discesseris a me Intende in
adiutorium meum dñe deus sa
lutis mee Gloria patri. Psalmus
Miserere mei deus secundū
magnam miām tuā Et
secundū multitudinē misera
tionū tuarum dele iniquitatē
meā Amplius laua me ab
iniquitate mea et a peccato me
o munda me Qm̄ iniquitatē
meā ego cognosco et pctm̄ meū
contra me est semp Tibi so
li peccaui et malū corā te feci
ut iustificeris ī sermonibꝫ tuis
et vincas cū iudicaris Ecce
enī iniquitatibꝫ cōceptus sū
et ī peccatis cōcepit me mater
mea Ecce enī veritatē dilexi

sti incerta et occulta sapientie tu
e manifestasti michi Asperges
me domine ysopo et mundabor la
vabis me et super nivem dealba
bor Auditui meo dabis gau
dium et leticiam et exultabunt ossa
humiliata Averte faciem tuam
a peccatis meis et omnes iniqui
tates meas dele Cor mundum
crea in me deus et spiritum rectum in
nova in visceribus meis Ne pro
icias me a facie tua et spiritum sanctum
tuum ne auferas a me Redde
michi leticiam salutaris tui et spi
ritu principali confirma me Do
cebo iniquos vias tuas et impii ad
te convertentur Libera me de
sanguinibus deus deus salutis mee
et exultabit lingua mea iusticiam

tuā Domine labia mea ape
ries et os meum ānuntiabit
laudem tuā Qm si voluisses
sacrificium dedissem utiqz ho
locaustis non delectaberis Sa
crificium deo spūs cōtribulat⁹
cor contritum et humiliatum
deus nō despicies Benigne
fac dñe in bona voluntate tua
syon ut edificentur muri ihrlm
Tūc acceptabis sacrificium
iusticie oblationes et holocausta
tunc īponent sup altare tuum
Domine Ps. vitulos.
exaudi oronem meam
et clamor meus ad te veniat.
Non avertas faciem tuam
a me īquacūqz die tribulor īcli
na ad me aurem tuā In

quacũqꝫ die inuocauero te velociter
exaudi me Quia defecerũt ſic̄
fumus dies mei et oſſa mea ſic̄
cremium aruerũt Percuſſus
ſum ut fenũ et aruit cor meum
quia oblitus ſum comedere pa
nẽ meũ A voce gemitus mei
adheſit os meum carnī mee Si
milis factus ſum pellicano ſoli
tudinis et factus ſũ ſicut nictico
rax in domicilio Vigilaui et
factus ſum ſicut paſſer ſolitari⁹
in tecto Tota die exprobrabãt
michi inimici mei et qui lau
dabant me aduerſum me iura
bant Quia cinerem tanꝙ panẽ
manducabam et potum meũ cũ fletu mi
ſcebam A facie ire indigna
tionis tue quia eleuãs alliſiſti

me Dies mei sicut umbra decli
nauerunt et ego sicut fenum arui.
Tu autem domine in eternum
permanes et memoriale tuum in ge
neratione et generationem et gene
rationem Tu exurgens domine mi
sereberis sion quia tempus mise
rendi eius quia venit tempus.
Quoniam placuerunt seruis tuis
lapides eius et terre eius misere
buntur Et timebunt gentes
nomen tuum domine et omnes re
ges terre gloriam tuam Quia edi
ficauit dominus syon et uidebi
tur in gloria sua Respexit in orationem
humilium et non spreuit precem
eorum Scribantur hec in gene
ratione altera et populus qui creabitur
laudabit dominum Quia prospexit

de excelso sancto suo dñs de celo
in terrã aspexit Ut audiret
gemitus compeditorũ ut solue
ret filios ĩteremptorũ Ut annũ
tient in syon nomē dñi et lau
dē eius ĩ ihrlm̃ In conuenien
do ꝑplos in unũ et reges ut ser
uiant dño Respondit ei in
uia uirtutis sue paucitatē die
rũ meorum nuncia michi Ne
reuoces me ĩ dimidio dierũ me
orũ in generatione et generati
onē anni tui Initio tu dñe
terrã fundasti et opera manuũ
tuarũ sunt celi Ipsi peribũt
tu autem permanes et omēs sicut
uestimentum ueterascent Et
sicut opertoriũ mutabis eos et
mutabuntur tu autem idē ipse es

et anni tui nõ deficient Filij
seruorũ tuorũ habitabunt et
semen eorum in seculũ dirigetur.
De profundis clamaui ad te
domine dñe exaudi vocẽ
meã Fiant aures tue intẽ
dentes in vocem deprecationis
mee Si iniquitates obserua
ueris dñe dñe quis sustinebit
Quia apud te propiciatio est et
ꝓpter legẽ tuã sustinui te domine
Sustinuit anima mea in
verbo eius sperauit aĩa mea in
dño A custodia matutina
vsqꝫ ad noctem speret israel in
dño Quia apud dñm mĩa
et copiosa apud eũ redemptio Et
ipse redimet israel ex omnibus
iniquitatibus eius. Psalme

Domine exaudi orationem
meã auribz percipe domi
ne obsecrationem meã ĩ verita
te tua exaudi me ĩ tua iusticia
Et non intres ĩ iudiciũ cũ
servo tuo quia nõ iustificabit'
in cõspectu tuo omnis vivens
Quia persecutus ẽ inimicus
animã meã humiliavit ĩ terra
vitam meã Collocavit me ĩ
obscuris sicut mortuos seculi ꝫ
anxiatus est sup me spũs meus
in me turbatum est cor meum
Memor fui dierũ ãtiquorũ
meditatus sum ĩ õmbz operibus
tuis in factis manuũ tuarum
meditabar Expandi man'
meas ad te anima mea sicut
terra sine aqua tibi Velociter

exaudi me dñe defecit spũs meus
Non auertas faciem tuã a me
et similis ero descendentibȝ ĩ lacũ
Auditã fac michi mane mi
sericordiã tuã quia in te speraui
Notã fac michi uiã in qua
ambulem quia ad te leuaui a
nimam meã Eripe me de ini
micis meis dñe ad te cõfugi do
ce me facere uoluntatem tuam
quia deus meus es tu Spũs
tuus bonus deducet me in terrã
rectã propter nomẽ tuũ dñe ui
uificabis me ĩ equitate tua Edu
ces de tribulatione animã meã
et in mĩa tua disperdes omnes
inimicos meos Et perdes oẽs
qui tribulãt animã meã qm
ego seruus tuus sũ G la pri.

Sensieut la letanie.
Kyrieeleyson Xpeeley
son Kyrieeleyson
Xpe audi nos Pa
ter de celis deus. Miserere nobis
Fili redemptor mundi deus.
Miserere nobis.
Spiritus sancte deus. Miserere nob.
Sancta trinitas unus deus
Miserere nobis.
Sancta maria. Ora pro nobis
Sancta dei genitrix. Ora
Sancta virgo virginum Ora
Sancte michael. Ora
Sancte gabriel. Ora
Sancte raphael Ora
Omnes sancti angeli et ar
changeli. Orate pro nobis.
Sancte iohannes baptista Ora

Omnes scti patriarche et pro
phete . Orate pro nobis .
Sancte petre or
Sancte paule or
Sancte andrea or
Sancte iacobe or
Scte iohānes euuāgelista or
Sancte thoma or
Sancte iacobe or
Sancte philippe or
Sancte bartholomee or
Sancte mathee or
Sancte symon or
Sancte iuda or
Sancte thadee or
Sancte mathia or
Sancte barnaba or
Sancte luca or
Sancte marche or

Omnes sci apli et euuāgeliste. Orate pro nobis.
Sancte stephane or
Sancte clemens or
Sancte corneli or
Sancte laurenti or
Sancte vincenti or
Sancte cosma or
Sancte damiane or
Sancte dyonisi or
Sancte nicasi or
Sancte iuliane or
Sancte sebastiane or
Sancte xpofore or
Sancte lamberte or
Sancte quintine or
Sancte georgi or
Omnes sci martires orate
Sancte siluester or

Sancte leo or
Sancte hilari or
Sancte gregori or
Sancte benedicte or
Sancte ambrosi or
Sancte augustine or
Sancte iheronime or
Sancte martine or
Sancte nicholae or
Sancte amande or
Sancte gaugerice or
Sancte authberte or
Sancte egidi or
Sancte anthoni or
Sancte germane or
Sancte bertine or
Omnes sancti confessores orate
Sca maria magdalena or
Sca xpiana or

Sancta felicitas or
Sancta perpetua or
Sancta aghata or
Sancta agnes or
Sancta cecilia or
Sancta katherina or
Sancta margareta or
Sancta lucia or
Sancta iuliana or
Sancta barbara or
Sancta gertrudis or
Sancta pharaildis or
Sancta fides or
Sancta spes or
Sancta caritas or
Sancta aldegundis or
Sancta waldetrudis or
Sancta benedicta or
Scta columba or

Sancta ursula — or.
Sancta regina — or.
Omnes sancte virgines — orate
Omnes sancte vidue et continentes. Orate pro nobis.
Omnes sancti et sancte dei. orate
Propicius esto. Parce nobis domine
Propicius esto. Exaudi nos domine.
Propicius esto. Libera nos domine
Ab insidiis diaboli. libera nos domine.
Ab ira tua. Libera nos domine
A subitanea morte — lib.
A penis inferni — lib.
A spiritu fornicationis — lib.
De gladio maligno — lib.
A periculo mortis — lib.
A morte perpetua — lib.
A loco penarum — lib.
A vinculo mortis — lib.


Per īcarnationē et natiuita
tem tuam. libera nos dñe.
Per annūciationem tuā lib
Per apparitionem tuā lib
Per baptiſmum tuū lib
Per ieiunium tuum lib
Per paſſionē et crucē tuā lib
Per mortē et reſurrectionē tu
am. Libera nos domine.
Per admirabilē aſcētionem
tuam lib.
Per aduentum ſancti ſpirit⁹
paracliti. lib. In die iudicij. lib
Peccatores. Te rogam⁹
audi nos.
Ut ſpacium vere penitentie
nobis dones. Te
Ut remiſſionem omnium
peccatorum nrorū nobis dones Te

Ut ecclesiam tuā regere et def
fendere digneris. Te r.
Ut omnes infideles ad verā
fidem reducere digneris. Te r.
Ut aeris temperiem nobis
dones. Te r.
Ut fructus terre dare et con
servare digneris. Te r.
Ut pacem et sanitatē nobis
dones. Te r.
Ut penitentibꝫ īdulgeas. Te r.
Ut errantes ad viā salutis
reducas. Te r.
Ut infirmis sanitatē tribuas. Te r.
Ut defunctis fidelibꝫ requiē
eternam dones. Te r.
Ut nos famulos tuos in tuo
servitio cōservare digneris. Te r.
Ut cunctum p̄plm xp̄ianum

p̄cioſo ſanguine tuo redemptum
conſeruare digneris. Te
Ut nos ad uitam eternam
perducere digneris. Te
Ut nos exaudire digneris. Te
Fili dei Te
Agnus dei qui tollis peccata
mundi. Parce nobis dn̄e.
Agnus dei qui tollis peccata
mundi. Miſerere nobis.
Agnus dei qui tollis peccata
mundi. Dona nobis pacem.
Xpiſte audi nos.
Kyriel' Xpel' Kyriel' Pa
ter noſter. Et ne nos inducas
in temptationem. Sed libera
nos a malo. Domine exau
di orōnē meam. Et clamor
meus ad te ueniat. Oremus.

Deus cui proprium est
misereri semper et parcere.
suscipe deprecationem nostram.
et quos delictorum cathena
constringit miseratio tue pie
tatis absolvat. Oratio.
Exaudi quesumus domine suppli
cum preces et tibi confi
tentium parce peccatis: ut pa
riter nobis indulgentiam tri
buas benignus et pacem Oratio
Pietatem tuam quesumus
domine nostrorum vincula pec
catorum. et intercedente pro nobis
beata et gloriosa semper virgine
maria. cum omnibus sanctis
tuis. nos famulos tuos. et omnem
populum catholicum in omni sanc
titate custodi. omnes que consan

quinitate ac familiaritate vel
cõfessione nobis coniunctos.
seu omnes xp̄ianos a viciis õ
nibz purgatos uirtutibz tuis
illustra. pacem et salutem no
bis tribue. hostes uisibiles et ĩ
uisibiles remoue. pestem et fa
mẽ repelle. amicis et inimicis
nostris verã caritatẽ. atqꝫ ĩfir
mis sanitatem largire. et oĩbz
fidelibz viuis ac defunctis vitã
et requiem eternã concede. P
Dnm̄ nrm̄ ihm̄ xp̄m filium
tuũ. Qui tecũ viuit et regnat
deus. P omnia secula seclorum
A . M . E . N



Sensieut les vigilles des mors.

Placebo.
Dilexi quoniam
exaudiet dñs
vocem oratiõis
mee Quia in
clinauit aurẽ

suā michi et in diebꝫ meis in
uocabo Circumdederūt me
dolores mortis et pericula īfer
ni inuenerunt me Tribu
lationem et dolorem īueni et
nomen domini inuocaui
Odn̄e libera animā meam
a labijs iniquis misericors do⁹
et iustus et deus noster mise
retur Custodiens paruulos
dominus humiliatus sum ꝫ
liberauit me Conuertere
anima mea in requiem tuam
quia dn̄s benefecit tibi Qui
a eripuit animā meā de mor
te oculos meos a lacrimis pedes
meos a lapsu Placebo dn̄o ī
regione viuorum Requiem
Añ. Placebo dn̄o ī regione viuorū.

Ad dnm̄ cū Añ Heu me.
tribularer clamaui et ex
audiuit me. Domine libera
animā meā a labijs iniquis ꝫ
a lingua dolosa Quid detur
tibi aut quid apponatur tibi:
ad linguam dolosam Sagit
te potentis acute cū carbonibus
desolatorijs Heu michi quia
incolatus meus prolongatus ē
habitaui cum habitantibꝫ cedar
multum incola fuit anima me
a Cum hijs qui oderūt pacē
eram pacificus cum loquebar
illis īpugnabant me gratis Re
quiem. Añt. Heu me quia īco
latus meus prolongatus ē. Psal.
Leuaui oculos Añ Domi
meos in montes unde ve

niet auxilium michi Auxi
lium meum a dño qui fecit
celum et terrã Non det ĩ cõ
motionẽ pedem tuũ neqȝ dor
mitet qui custodit te Ecce
non dormitabit neqȝ dormiet
qui custodit israel Dñs custo
dit te dñs protectio tua sup ma
nũ dexteram tuã Per diẽ sol
non uret te neqȝ luna p noctem
Dominus custodit te ab õni
malo custodiat animã tuã dñs
Dñs custodiat introitũ tuũ
et exitum tuũ ex hoc nũc et usqȝ
in seculũ Requiem Antiẽne
Dñs custodit te ab omni malo
custodiat animã tuã dñs. Psal.
De profundis ãa Si iniquitates.
clamaui ad te domine:

dñe exaudi vocē meā Fiant au
res tue intendentes in vocē depca
tionis mee Si iniquitates ob
seruaueris dñe dñe quis susti
nebit Quia apud te propicia
atio est et propter legem tuam
sustinui te domine Sustinu
it anima mea in uerbo eius spe
rauit anima in dño A custo
dia matutina usqz ad noctem
speret israel in dño Qz apud
dñm mĩa et copiosa apud eū
redemptio Et ipse redimet isrl
ex omnibz iniquitatibz eius.
Requiem. Antienne. Si
iniquitates obseruaueris dñe dñe qs
sustinebit. Antienne Opera Psal.
Confitebor tibi dñe i toto
corde meo qm audisti vba

oris mei In cōspectu angelor̄
psallam tibi adorabo ad templū
sctm̄ tuū et confitebor nomini tu
o Super mīa tua et ueritate tu
a qm̄ magnificasti sup omne
nomen sctm̄ tuum In qua
cūqȝ die inuocauero te exaudi
me multiplicabis in anima
mea uirtutem Confiteantur
tibi dn̄e omnes reges terre quia
audierunt omnia verba oris mei
Et cantent in vijs dn̄i quo
niā magna est gloria domini
Qm̄ excelsus dn̄s et humilia
respicit et alta alonge cognoscit
Si ambulauero in medio t
bulationis uiuificabis me et
super irā inimicorum meorum
extendisti manum tuam et sal

nũ me fecit dextera tua D n̄s
retribuet pro me dñe mĩa tua ĩ
ſeculum opera manuũ tuarũ
ne deſpicias R equiem Ant.
Opera manuũ tuarũ ne deſpicias dñe
M agnificat . Ant. Abſolue .
anima mea dñm E t ex
ultauit ſpũs meus in deo ſaluta
ri meo Q uia reſpexit humili
tatem ancille ſue ecce enim ex
hoc beatam me dicent omnes ge
nerationes Q uia fecit michi
magna qui potens ē et ſctm no
men eius E t mĩa eius a pro
genie in progenies timentibus
eum F ecit potentiã in brachio
ſuo diſperſit ſupbos mente cor
dis ſui D epoſuit potentes de
ſede et exaltauit humiles E ſu

rientes impleuit bonis et diuitẽs
dimisit inanes Suscepit isrl
puerũ suũ recordatus mĩe sue
Sicut locutus est ad patres no
stros abraham et semini eius ĩ
secula Requiem . Antienne.
Absolue dñe animas omniũ fideliũ
defunctorũ ab omni vinculo delicto
rũ ut in resurrectionis glã inter scõs
tuos resuscitati respirent . Psalme
Verba mea Añt Dirige .
auribus percipe domine ĩ
tellige clamorem meũ Intẽ
de voci orõnis mee rex meus et
deus meus Quõ ad te orabo
dñe mane exaudies vocẽ meam
Mane astabo tibi et videbo quõ
non deus volens iniquitatẽ tu
es Neqz habitabit iuxta te ma

lignus neqȝ pmanebũt iniuſti ã
te oculos tuos Odiſti omnes
qui operantur iniquitatẽ pdes õ
nes qui loquuntur mendacium
Uirum ſanguinũ et doloſũ
abhominabitur dñs ego autẽ
in multitudine miſericordie tue
Introibo in domum tuã ado
rabo ad templum ſctm̃ tuũ in
timore tuo Domine deduc me
in iuſticia tua propter inimicos
meos dirige in conſpectu tuo vi
am meam Quĩ non eſt ĩ ore
eorum veritas cor eorum vanum
eſt Sepulcrum patens ẽ guttur
eorum linguis ſuis doloſe agebãt
iudica illos deus Decidant a
cogitationibȝ ſuis ſecundum
multitudinem impietatũ eorum

expelle eos qm̄ irritauerũt te dn̄e
Et letentur omnes qui ſperãt
in te in eternũ exultabunt et ha
bitabis in eis Et gloriabũtur
in te omnes qui diligunt nomē
tuum qm̄ tu benedices iuſto
Domine ut ſcuto bone volũ
tatis tue coronaſti nos Requiē
Antiēne Dirige dn̄e deus meus ī cō
ſpectu tuo viam meã · An̄ Conuertere.
Domine ne in furore tuo
arguas me neqȝ in ira tu
a corripias me Miſerere mei
dn̄e qm̄ infirmus ſum ſana
me dn̄e qm̄ conturbata ſunt oſ
ſa mea Et anima mea tur
bata eſt valde ſed tu dn̄e vſqȝquo
Conuertere dn̄e et eripe aïaȝ
meam ſaluum me fac propter

miam tuā Q̄m nō est ī mor
te qui memor sit tui ī inferno
autem quis confitebitur tibi
Laboraui in gemitu meo la
uabo per singulas noctes lectū
meum lacrimis meis stratum
meum rigabo Turbatus est
a furore oculus meus īueteraui
inter omnes inimicos meos .
Discedite a me omnes qui
operamini iniquitatē q̄m exau
diuit dn̄s vocem fletus mei Ex
audiuit dn̄s deprecationē meā
dn̄s orationem meā suscepit Eru
bescant et conturbentur vehemē
ter omnes inimici mei cōuertant
et erubescant valde velociter Requiē
Ant. Conuertere dn̄e et eripe aīam
meā q̄m nō est ī morte q̄ memor sit
tui.

Domine Añt Nequando
Deus meus in te speraui
saluũ me fac ex omnibꝫ ꝑsequẽ
tibus me et libera me Nequã
do rapiat ut leo aĩam meã dũ
non est qui redimat neqꝫ qui sal
uũ faciat Domine deus meus
si feci istud si est iniquitas ĩ maĩ
bus meis Si reddidi retribuẽ
tibus michi mala decidã merito
ab inimicis meis inanis Perse
quatur inimicus animã meã
et comprehendit et conculcet ĩ ter
ra uitam meã et glãm meam ĩ
puluerem deducat Exurge dñe
in ira tua et exaltare ĩ finibus ini
micorũ meorum Et exurge dñe
deus meus in ꝓcepto quod mãda
sti et synagoga ꝓplorum circũdabit

te Et propter hanc in altum re
gredere dñs iudicat ppl'os I udi
ca me dñe secundum iusticiam
meã et sedm innocentiã meã sup
me C onsumetur nequitia
peccatorum et diriges iustũ scru
tans corda et renes deus I ustũ
adiutoriũ meum a dño qui sal
uos facis rectos corde D eus iu
dex iustus fortis et paciens nũqd
irascatur per singulos dies N i
si conuersi fueritis gladiũ suum
uibrauit arcum suũ tetendit et
parauit illum E t in eo para
uit uasa mortis sagittas suas ar
dentibz effecit E cce pturit ĩ ius
ticiam concepit dolorem et pepe
rit iniquitatem L acũ apuit
et effodit eum et incidit ĩ foueã

quã fecit Conuertetur dolor eius in caput eius et ĩ uerticem ipsius iniquitas eius descẽdet Confitebor dñō secundum iusticiam eius et psallã nōi do mini altissimi R equiem
Aũt. Nequãdo rapiat ut leo aĩaꝫ meã dũ nō est q̃ redimat neqꝫ qui sal uũ faciat Vset A porta inferi. Erue dñe animas eorum. Pater noster.
Parce michi dñe: nichil eñ sunt dies mei. Quid est homo quia magnificas eũ. aut quid apponis erga eũ cor tuum Visitas eum diluculo et subito probas illum. Usqꝫquo nō par cis michi nec dimittis me. ut glutiam saliuã meã. Peccaui. Quid faciam tibi o custos hoim

Quare posuisti me contrarium
tibi et factus sum michimetipsi
grauis: Cur non tollis peccatū
meum: et quare nō aufers ini
quitatem meā. Ecce nūc ī pul
uere dormio: et si mane me que
sieris non subsistā. Respons.
Credo qđ redemptor meus viuit et ī
nouissimo die de terra surrecturus
sū. Et in carne mea videbo deū sal
uatorē meū ℣. Reposita est hec
spes mea in sinu meo quia rursū
circundabor pelle mea. Et ī carne.
Tedet animā. lectio iiᵉ.
meam vite mee: Dimittā
aduersum me eloquiū meum
Loquar in amaritudine anime
mee: Dicam deo noli me cōdemp
nare. Indica michi: cur me ita

iudices. Numquid bonum tibi vi
detur si calumpnieris et opprimas
me opus manuũ tuarum. et cõ
silium impiorum adiuues. Nũ
quid oculi carnei tibi sunt. aut
sicut uidet homo et tu uidebis:
Numquid sicut dies hominis
dies tui. et anni tui sicut huma
na sunt tempora. Ut queras ini
quitatem meã et peccatum meũ
scruteris: et scias quia nichil im
piũ fecerim. cũ sit nemo qui de
manu tua possit eruere. R̷
Heu michi dñe quia peccaui nimis ĩ
vita mea quid faciã miser vbi fugiã
nisi ad te deus meus miserere mei Dũ
veneris ĩ nouissimo die V̷ Anima
mea turbata est valde sed tu domine
succurre ei. Dũ veneris. lectĩo iii^a.

Manus tue dñe fecerunt me
et plasmauerũt me totũ
in circuitu: et sic repente precipi
tas me. Memento queso qđ si
cut lutum feceris me et in pulue
rem reduces me. Nonne sicut
lac mulsisti me et sicut caseum
me coagulasti. Pelle et carnibus
vestisti me. ossibus et neruis com
pegisti me. Vitam et miam tri
buisti michi et visitatio tua cus
todiuit spm meum. Respons.
Qui lazarum resuscitasti a monu
mento fetidum. Tu eis dñe dona requiẽ
et locum indulgentie V. Qui susci
tasti puellã adhuc domo clausã et ela
tũ iuuenẽ extra portam. Tu eis. Ps.
Dominus Ant. In loco.
regit me et nichil michi de

erit in loco paſcue ibi me colloca
uit S up aquā refectionis edu
cauit me animam meā cōuer
tit D eduxit me ſup ſemitas
iuſticie propter nomen ſuū N ā
et ſi ambulauero in medio um
bre mortis non timebo mala
qm̄ tu mecum es V irga tua
et baculus tuus ipſa me conſola
ta ſunt P araſti in conſpectu
meo menſam aduerſus eos qui
tribulant me I mpinguaſti
in oleo caput meum et calix me⁹
īebrians q̄ preclarus eſt E t mi
ſericordia tua ſubſeq̄tur me ōm
bus diebus vite mee E t ut in
habitem in domo dn̄i in longi
tudinem dierum R equiem
Ant. In loco paſcue ibi me collocauit.

Antiēne Delicta · Pſalme.
Ad te dñe leuaui animam
meam deus meus ī te cōfi
do non erubeſcā Neq̃ irrideant
me inimici mei etēm vniuerſi
qui ſuſtinent te nō confundētur
Confundentur omnes iniq̄
agentes ſuperuacue Uias tuas
domine demonſtra michi et ſe
mitas tuas edoce me Dirige
me in ueritate tua et doce me q̄
tu es deus ſaluator meus et te
ſuſtinui tota die Reminiſce
re miſerationū tuarū dñe et mi
ſericordiarū tuarū q̄ a ſeculo ſūt
Delicta iuuentutis mee et
ignorātias meas ne memineris
Secundum miſericordiam
tuā memento mei tu propter

bonitatē tuam dn̄e Dulcis et
rectus dn̄s propter hoc legem da
bit delinquētibꝫ in via Diri
get manſuetos in iudicio docebit
mites vias ſuas Uniuerſe vie
dn̄i mīa et veritas requirentibꝫ
teſtamentum eius et teſtimoīa
eius Propter nomen tuum
dn̄e propiciaberis pcō meo mul
tum eſt enī Quis eſt homo q̄
timet dn̄m legem ſtatuit ei in
via quam elegit Anima eius
in bonis demorabitur et ſemen
eius hereditabit terrā Firma
mentum ē dn̄s timentibꝫ eum ꝫ
teſtamentū ipſius vt manifeſtet
illis Oculi mei ſemp ad dn̄m
qm̄ ipſe euellet de laqueo pedes meos
Reſpice in me et miſerere mei

quia unicus et paup sum ego.
Tribulationes cordis mei mul
tiplicate sut de necessitatibz meis
erue me Vide humilitatē meā
et laborem meum et dimitte uni
uersa delicta mea Respice ini
micos meos qm̄ multiplicati st
et odio iniquo oderunt me Cus
todi animam meā et erue me nō
erubescam qm̄ speraui ī te In
nocentes et recti adheserunt michi
quia sustinui te Libera deus
israel ex omnibz tribulationibus
suis Requiem. Ant. Delicta
iuuentutis mee et ignorātias meas ne
memineris dn̄e Ant. Credo videre ps
Dominus illuminatio me
a et salus mea quē timebo
Dominus protector vite mee

a quo trepidabo Dum appropi
ant ſuper me nocentes ut edant
carnes meas Qui tribulant
me inimici mei ipſi infirmati
ſunt et ceciderunt Si cōſiſtāt
aduerſum me caſtra nō timebit
cor meum Si exurgat aduer
ſū me prelium in hoc ego ſperabo.
Unam petii a dn̄o hāc requirā
ut inhabitem in domo dn̄i oībȝ
diebȝ vite mee Ut videā volū
tatem dn̄i et uiſitem templū
eius Qm̄ abſcondit me ī ta
bernaculo ſuo in die malorum
protexit me in abſcondito taber
naculi ſui In petra exaltauit
me et nūc exaltauit caput meū
ſuper inimicos meos Circui
ui et imolaui ī tabernaculo eius

hostiā vociferationis cantabo et
psalmū dicam dn̄o Exaudi
dn̄e vocē meam qua clamavi ad
te miserere mei et exaudi me Ti
bi dixit cor meū exquisivit te fa
cies mea faciem tuā requirā Ne
avertas faciem tuā a me ne de
clines in ira a servo tuo Ad
iutor meus esto domine ne dere
linquas me neq̄ despicias me de⁹
salutaris meus Qm̄ pater me⁹
et mater mea dereliq̄runt me
dominus autē assumpsit me Le
gem pone michi dn̄e in via tua
et dirige me ī semita recta ꝓp ini
micos meos Ne tradideris me
ī animas tribulantiū me qm̄ in
surrexerunt in me testes iniqui
et mentita ē iniq̄tas sibi Credo

videre bona domini in terra viue
tiu͂ Expecta dn͂m viriliter age
et confortetur cor tuu͂ et sustine
dn͂m R Requiem . Antienne .
Credo videre bona dn͂i in terra viue
tium V . In memoria eterna erunt
iusti . Ab auditione mala no͂ timebu͂t
Pater nr̄ . tout bas . lectio . viij .
Responde michi : quantas
